

FIGURÆ ad pag. 298.

ICON I.

- AB. Cylindrus ex ære.
 B. Locus, ubi foramini, in AB patulo, applicatus erat tubus solidatura conjunctus.
 AE. Siphunculus, epistomio versatili instructus: ut omnis aër, in superiore parte AF restitans, dum aqua impletur Cylindrus, expelli queat, deinde vero perfecte claudî.
 BCD. Tubus aneus, cavus, cylindricus, apertus ad B intra Cylindrum, & ad D in aërem: ut ita per D infusa aqua libere descendat in vas AB.

Ad pag. 313. ICON II.

- AB. Conus Chalybeus divisus in partes æquales.
 CD. Conus ligneus, ita cavus, ut certo siccitatis gradu conum AB intra cavum suum admittere potuerit.

Ad pag. 463. ICON III.

- ABCD. Vas cylindricum, e vitro duplicato, ut vocant, factum.
 BCE. Fundus vasis planus in ambitu, sed introrsum paululum in medium assurgens.
 FGHI. Collum vasis, apertura HI cylindrica sesquipollicari.
 KL. Margo vitreus orbicularis, ori colli circumductus: ut liquor guttatim dimitti queat, qui aliter retrolabitur juxta vitrum.
 MN. Operculum vitreum: cujus pars N cylindrica, exquisite recipi potest cavo colli HG, politura arenæ accommodatum. M caput planum, crassum hujus operculi.
 OPQR. Ampullula oleis pretiosis condendis apta.

Ad pag. 464. ICON IV.

- A. B. C. Crucibula, & vasa, pro fixis igni exponendis.